Dixit ergo: a ❡Rectorem te poſuerūt. Rectorē non dominatorē: non mercennariū / ſed paſtorē: nō carnificem / ſed tutorem: non tyrannum / ſed diſpenſatorē: non dominū / ſed miniſtrū. j. Pet. v. a. Paſcite q̄ in vobis eſt gre gem dei / p̄uidentes non coacte ſed ſpontanee ſm̄ deū: neq̄ turpis lucri gratia / ſed voluntarie: neq̄ vt dominātes in cle/ ris. Matth. xx. d. Quicūq̄ voluerit inter vos maior fieri ſit miniſter veſter: Et quicūq̄ voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruus: Sicut filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare. j. Corinth. iiij. a. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti: et diſpenſatores miniſteriorū dei. a ❡Te / non tuas diuitias / non tuam nobilitatē / non tuam p̄genie m: ſed / te: id eſt tuā pſonā. Hodie tamē vno facto epiſcopo / epi/ ſcopatꝰ tota parentela. Unde ꝛ nomē ſuum amittit tota p̄ge/ nies: ꝛ qui prius dicebatꝰ filius fabri vel roberti / dicitꝰ nepos epiſcopi. Eſa. lxvj. c. Nūquid parturiet terra in die vna: aut pariet gens ſimul? Uerba ſūt chriſti vl' eccleſie admirātis de tot nepotulis vno partu natis. Uñ Eſa. xlix. f. Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis ꝛ nō pariēs trāſmigrata ꝛ captiua: et iſtos q̄s enutriuit? Ego deſtituta ꝛ ſola: (Threñ. j. a. Quō ſedet ſola ciuitas plena populo: facta ē q̄ſi vidua domina gē/ tiū.) et iſti vbi erāt? a ❡Poſuerūt: vt deponi poſſet ſi res poſtulat aut tēpus. Ul' poſuerūt: id eſt electū canonice: nō receperūt datū coacte / vel ingerentē ſe inuerecunde. Heb. v. a. Nec quiſq̄ ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatꝰ a deo tanq̄ aaron. Cōtra ingerētes ſe / exemplū ē Numeri. xvj. e. de cho ritis: quos terra viuos abſorbuit: qui volebant ſe ingerere in ſacerdotiū. Itē. ij. Paral. xxvj. d. de ozia rege qui ſe ingerēs in miniſteriū templi / lepra p̄cuſſus eſt. b ❡Noli extolli: id eſt extra alios tolli: vel contra ſtatum tuum tolli. Neq̄ dicit: Non extollaris: ſed / noli extolli: vt non ſolū extollentiā ex teriorem: ſed etiā interiorē oſtenderet in p̄latis eſſe reprimen/ dam. c ❡Eſto in illis / non ſupra illos in throno poteſta/ tis: nec extra illos i cameris p̄uatis: ſed intꝰ illos i dormitorio / in refectorio / i oratorio. d ❡Quaſi vnꝰ ex ipſis / ita veſtitꝰ / ita p̄curatꝰ. Hoc ē cōtra abbates ꝛ priores comedētes in ca/ meris / derelinquētes gregē. Zach. xj. d. O paſtor ꝛ idolū de/ relinquēs gregē. Joh. x. c. Mercēnariꝰ fugit: q2 mercennariꝰ eſt. e ❡Curā illorū habe / v̄bo ꝛ exemplo inſtruendo / infir/ mis cōpatiendo / ꝛ neceſſaria p̄uidendo / diſſolutos corrigen/ do. Luc. x. f. Appropians ſamaritanus ſauciato / alligauit vulnera eius ꝛ curam eius egit: et altera die p̄tulit duos de/ narios: ꝛ dedit ſtabulario ꝛ ait: Curam illius habe. i. populi tibi cōmiſſi. Ideo dicitꝰ hic: Curam illorū habe / non alio/ rum / non tui tm̄. Sed quomō curam habebit de aliis qui ſe/ ipſum curare neſcit. j. Timoth. iij. b. Si quis domui ſue p̄eſſe neſcit / quomō eccleſie dei diligentiā habebit? f ❡Et ſic: id eſt curam gerendo de ſubditis: g ❡Cōſidera / chriſti affe/ ctionē ad ipſos / qui p̄ eis ſanguinē ſuū fudit: Et ideo de ſin/ gulis rationem exiget a te. Hiere. xxxiij. c. Adhuc trāſibunt greges ad manū numerātis / ait dñs. Itē / cōſidera / tui con/ ditionē ꝛ gregis infirmitatē / vt cōpati ſcias. Galꝰ. vj. a. Con/ ſiderās teipſum / ne et tu tempteris. Job. v. d. Uiſitās ſpeciē tuam nō peccabis. Item cōſidera demonū aſtutias: hereti/ corū verſutias: hoſtiū inſidias cōtra te ꝛ gregem tuum / qua/ liter poſſis euadere. Actꝰ. xx. f. Attēdite vobis ꝛ vniuerſo gre gi. h ❡Et omni cu ra tua / alia / explici/ ta. i. amota ꝛ poſtpo/ ſita: i ❡Recumbe / ſuper illos vt gallina ſuper pullos ſuos. ij. Timoth. ij. a. Nemo militās deo: implicat ſe negociis ſecularibꝰ. Uel ſic: h ❡Et omi cura tua explicita: id eſt cōſūmata circa p̄uiſionem ſubditorꝫ: i ❡Recūbe / ad mēſam lectiōis vl' cōtemplatiōis ꝛ cogitatꝰ tui / vl' corporalis refectiōis. Uñ. j. Paralꝰ. xvj. d. cū p̄curaſſet dauid vniuerſā multitudinē iſrl' / reuerſus ē vt benediceret do/ mui ſue. k ❡Ut leteris / ꝛ hic ꝛ in futuro: l ❡Proptꝰ illos / quos bene docuiſti: q2 p̄fectus ſubditorū gloria ē p̄latorum: dicit Gregoriꝰ. m ❡Et ornamentū gratie accipias co/ ronam: id eſt premiū eterne remuneratiōis: q̄ dabitꝰ victo/ ribus mūdi / carnis / diaboli. Et hoc ē aurea: n ❡Et digni/ tatem cōſequaris corrogationis / ſiue / congregati/ onis: q̄ idem eſt. i. aureolā p̄ eis / quos cōgregaſti in eccle/ ſia ad ſeruiendum deo. Aurea eſt ſubſtantiale premium: q̄ debetꝰ omibꝰ fidelibus: q̄ dicitꝰ corona ꝛ ornamentū gratie. Corona: q2 fine ꝛ principio caret vt corona: vel quia redditꝰ victoribus. Ornamentū gratie dicitꝰ: vel q2 p̄ merito gratie datꝰ: ſm̄ illud Joh. j. b. Gratiā: p̄ gratia. vl' ꝛ gratia coronat: quia igniculus ſion / ſit caminꝰ in hieruſalē: Eſa. xxxj. d. Gra tia ſit gloria. Aureola v̄o non eſt de ſubſtātia premij: ſed eſt quedam dignitas p̄uilegiata: que datꝰ martyribꝰ / virginibꝰ / p̄dicatoribus. Prouerb. xvij. a. Corona ſenū filij filiorū: et gloria filiorꝫ patres eorꝫ. Hec duo ſignificata ſunt / Exo. xxv. c. per coronā mēſe ꝛ aureolam ſuppoſitam corone. Sequitꝰ: o ❡Loquere maior natu: decet enī te: primum ver/ bum diligentis ſcientiā: id eſt ſapientis. Loquitꝰ ſm̄ mo rem antiquū. Cōſuetudo enī fuit / tres continue p̄dicare / vnū poſt alium. Et qui maior erat natu / primo loquebatꝰ. j. Cor. xiiij. f. Prophete aūt duo aut tres dicant: ꝛ ceteri diiudicēt. Uel ſic: o ❡Loquere / p̄dicando / docendo: p ❡Maior natu: id eſt p̄uectus etate: maturus ſciētia: ſenex vita. Chri ſtus enī tricenarius cepit p̄dicare: et ezechiel tricenarius p̄/ phetare: ꝛ ioſeph tricenarius factus eſt p̄poſitꝰ egypti. Hoc eſt cōtra iuuenes p̄latos. Deutꝰ. xv. d. Nō operaberis i primo/ genito bouis. Eſa. iij. a. Dabo pueros p̄ncipes eorꝫ. q ❡De cet enim te primū / iſte qui eſt p̄mus / etate / vita / ſcientia. r ❡Uerbū diligentis ſcientiā: id eſt dei qui diligit ſcien/ tia. j. Reg. ij. a. Deus ſcientiarꝫ dominꝰ ē. s ❡Et nō im/ pedias muſicā: id eſt conſonantiā ꝛ melodiam: que debet eſſe inter cor ꝛ os p̄dicatoris. i. vitam ꝛ linguā doctoris. Nā cū vita nō diſcordat voci / dulcis eſt ſymphonia. Hanc ſym/ phoniā impedit: q̄ aliter p̄dicat / ꝛ aliter viuit: vel qui p̄ inani fauore canorā eloquētiam p̄dicatiōis effundit. t ❡Ubi au/ ditus nō eſt. i. auditor qui p̄ficiat: v ❡Non effundas ſermonē: Uinū enī p̄cioſū ē ſermo dei. Uñ qui loquitꝰ nō audiēti vl' nō p̄ficiēti: q̄ſi q̄ effūdit vinū p̄cioſū i terrā. Pro/ uerb. xxiij. b. In auribꝰ iſipientiū ne loq̄ris: q2 deſpiciēt do/ ctrinā eloquij tui. S. xxij. a. Qui narrat verbū nō audiēti: q̄ſi qui excitat dormientē de graui ſomno. x ❡Et importune noli extolli in ſapiētia tua. In ſapiētia ſua extollitꝰ: q̄ ſi/ bi ſapiēs videtꝰ. Eſa. v. e. Ue qui ſapiētes eſtis in oculis vr̄is. Roma. xij. d. Nolite ſapiētes eſſe apud voſmetipſos. Item in ſapientia ſua extollitꝰ: qui de ſua ſcientia ſibi complacendo gloriatꝰ. Hiere. ix. g. Non glorietꝰ ſapiens in ſapientia ſua. Importune aūt dicit: quia eſt oportuna extollentia: que fit p̄

Al. dignitatem
Al. ꝛ corrogationis
Al. ꝛ gratia decorat
Luc. 3. e.
Ezech. 1. a.
Gen. 41. f.

ſanctam ſuperbiā

ſanctam ſuperbiam: maxime contra hereticos falſa ꝑdicantes. Unde. s. xiij. b. Noli humilis eſſe in ſapiētia tua: vt iam ſupatus. a ¶ Æmula carbunculi/ intranſitiue: id eſt gemma que eſt carbūculus: Eſt/ b ¶ In ornamento auri: id eſt ad ornamētū auri. Carbūculus eñ incluſus auro in anulo/ plus eſt ad decorem auri ꝙ̄ ecōuerſo: q2 plus ſplendoris ⁊ virtutis habet ꝙ̄ aurū. Uel/ a ¶ Æmula carbūculi/ decēs ē: b ¶ In ornamento auri. i. in ornamento aureo: id eſt in anulo. c ¶ Et comparatio muſicoꝝ: id eſt conſonantia ſiue melodia inſtrumētoꝝ: d ¶ In cōuiuio vini/ decēs

B

a Æmūla carbūculi in ornā-
b c mēto auri: ⁊ cōparatio muſi-
d e corū in cōuiuio vini. Sicūt
f in fabricatiōe auri ſignū ēſt
g ſmaragdi: ſic numērus muſi
h corū in iocūdo et moderato
i k vino. Audi tacens: ⁊ ꝓ reue
l rentia accēdet tibi bona gra-
m n tia. Adoleſcēs loq̄re in tua

o p cauſa vix cum nēceſſe fuerit.
q Si bis intērrogatᵘˢ fuerīs: ha-
r s bēat caput rēſpōſū tuū. In
t v mūltis eſto q̄ſi inſciᵘˢ: et audi
x tacēs ſil̄ ⁊ q̄rēs. †Et loq̄ i mē-
y dio magnatoꝝ nō ꝑſumās: ⁊
z vbi ſūt ſenēs nō mltū loq̄rīs.
a b Añ grāndinē ꝑibit cōruſca-
c d tio: ⁊ añ vērecūdiā ꝑibit grā:

eſt ⁊ cōuenicēs/ ſm iudiciū carnaliū. Quos repⁱhendit Eſa. v. c. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanū ⁊ tibia ⁊ vinū i cōuiuijs veſtris: ⁊ opᵘˢ domini nō reſpicitis. Amos. vj. a. Ue vobis qui opulenti eſtis i ſion: Qui comeditis agnū de grege: ⁊ vitulos de medio armēti: qui canitis ad vocē pſalterij. Uel ſic: a ¶ Æmula carbūculi i ornamēto auri: ⁊ cōparatio muſicorū in cōuiuio vini/ ſupple cōparant vel aſſimilant: quia ſicut carbūculus ornat aurū: ita cōſonantia inſtrumentorū ornat cōuiuiū ⁊ iocūdius facit. Uel ſicut ſplēdor carbūculi ꝑfertur ſplendori auri: ita iocūditas melodie inſtrumentorū ꝑfertur iocūditati potantiū ⁊ comeſſorum. Myſtice: a ¶ Æmula carbūculi/ hūilitas charitatis. Carbūculus enim quaſi carbo ignitᵘˢ dicit/ omnes gemmas ſplendore precellens: Qui etiā in tenebris lucet: vnde ſignificat charitatē: que excellentior eſt ceteris virtutibus. b ¶ In ornamēto auri. Aurū eſt ſapiētia: q̄ ornat charitate ⁊ hūilitate. c ¶ Cōparatio muſicorū/ eſt concors ⁊ cōſona doctrina ꝑdicatorum. Cōuiuiū vini/ eſt refectio verbi dei. Eſt igit ſenſus: Sicut charitas ⁊ humilitas ornant ſapientiā: (Unde hanc duplicē virtutē dñs aplis ſpecialiſſime ſeruandā cōmendauit: Joh. xiij.) Sic cōſonantia cordis/ oris/ ⁊ operis ornat et decorat ꝑdicationē verbi dei. Et ſicut charitas ꝑfert ſapientie: ſic bona vita doctrine: Nam cuiᵘˢ vita deſpicit: reſtat vt eius ꝑdicatio cōtemnat: ſicut dicit Gregoriᵘˢ. e ¶ Sicut in fabricatiōe auri: id eſt in auro fabricato. i. in anulo aureo: f ¶ Signū eſt ſmaragdi. i. impſſa eſt ſmaragdus ſignans ⁊ ornās eum: g ¶ Sic numerus muſicorū. i. multitudo ꝑdicatorū cōſone ⁊ ſuauiter reſonantiū. h ¶ In iocūdo ⁊ moderato vino: id eſt in cōmoda et moderata ꝑdicatione verbi diuini. Hoc eſt: ſicut ſmaragdus ornat anulū et ꝑualet auro: ſic cōſona vita doctorū ornat ꝑdicationē eorum: ⁊ ꝑualet vita doctrine: Nā plus docent/ ⁊ monent efficacius exempla ꝙ̄ verba. Myſtice/ Per ſmaragdū que viridis eſt/ ſignificat fides operās ꝑ dilectionē: q̄ ornat ſapientiā ⁊ doctrinā: ſicut charitas ⁊ humilitas. Exo. xxviij. c. legit ꝙ in ꝑmo verſu erat ſmaragdus: in ſecūdo carbūculus: Hic ecōuerſo ꝑmo ponitur carbūculus: ſecundo ſmaragdus. Rñſio. Dicimus ꝙ in ſmaragdo ſignificat fides cōfeſſorū: in carbūculo charitas martyrū: Unde in ſmaragdo nomen leui ſcriptū erat: in carbūculo nomen iude. Quia igit fides prior eſt charitate: prior eſt ſmaragdus carbunculo: et ideo prior eſt in Exod. Quia ſꝫo ꝑus fuerūt martyres ꝙ̄ cōfeſſores: prior ē carbūculus ꝙ̄ ſmaragdᵘˢ: vt hic dr. i ¶ Audi tacēs/ a murmure cordis/ a ſtrepitu vocis/ a cōcupiſcentia mundi. In hoc enim triplici ſilētio percipit doctrina veritatꝭ. Uñ ⁊ pythagoras docuit diſcipulos ſuos per quinquēniū tacere: ⁊ tunc demū loqui. Unde Eccs. iij. b. Eſt tempus tacendi: ⁊ tempus loquēdi. Sup. v. d. Si ē tibi intellectᵘˢ reſpōde ꝓximo tuo: ſin autem/ ſit manus tua ſuper os tuum. Tacere autem dicit/ qui

Myſtice

Myſtice

nec multa loquit: nec ſuperflua cōcupiſcit: nec murmurat/ nec ſibilat in ſcholis. Judicꝭ. v. c. Quare habitas inter duos terminos/ vt audias ſibilos gregum: Sap. j. c. Cuſtodite vos a murmuratione que nihil ꝓdeſt. Eſaie. xxxij. d. Cultus iuſticie ſilentium. Unde ⁊ chuſi: qui interpretat ſilētium/ diſſipauit conſiliū architophel/ qui interpretat frater meus viuens. ij. Regꝭ. xvij. Igitur audi tacens: non dicit/ quid vel quis: vt omnia intelligas tam bona ꝙ̄ mala: dūmodo in tuo ſilentio/ nec fidei/ nec moribus eccleſie deroget. Sap. j. c. Auris celi audit omnia. k ¶ Et pro reuerentia/ tua: quā ſilenter audiendo exhibes: non ſolum doctori/ ſed etiam verbo dei: l ¶ Accedet tibi bona gratia/ coram deo: cuius verbum honoras audiendo: et coram doctoribus quos reuereris ſilendo. m ¶ Adoleſcens: id eſt iuuenis etate et ſcientia: n ¶ Loquere in tua cauſa/ nō aliena: o ¶ Uix: id eſt verecunde ⁊ cum tremore ⁊ raro: p ¶ Cum neceſſe fuerit: id eſt vtile ⁊ ineuitabile. Adoleſcēs eſt qui adoleſcit: id eſt creſcit. Et ſi hic non debet loqui: quid ergo qui deficit et decreſcit: Rabanus. Oportet magiſtrum loqui et docere: diſcipulū aūt tacere et audire. q ¶ Si bis interrogatᵘˢ fueris: id eſt iterato vel intente: vel inter multos rogatus loqui: r ¶ Habeat caput: id eſt finem: s ¶ Reſponſum tuum: id eſt breue ſit ⁊ ſenſatū. Nam in capite ſunt omnes ſenſus. Al'/ habeat caput: id eſt auctoritatē principij: Cōtra illos qui ſine †themate incipiūt ſermones ſuos. Ps. De medio petrarū dabunt voces: id eſt de duobus teſtamentis: non ab antiphonis vel reſponſorijs. Cantꝭ. v. c. Caput eius aurum optimū. t ¶ In multis eſto quaſi inſcius: id eſt inter multos/ maxime inter ſapientes non ꝑtendas te multū ſcire: Contra ſophiſtas: qui volūt videri ſapientes: ⁊ in nullo inſcij ſe haberi. j. xxxvij. c. Qui ſophiſtice loquitur odibilis erit: et in omnibus defraudabitur. v ¶ Et audi tacens ſimul ⁊ querens: ſicut dominᵘˢ/ Lucꝭ. ij. g. Inuenerūt illū in templo ſedentem in medio doctorū audientem et interrogantē eos. Sed qui querit/ loquit: quomō ergo dic: et audi tacens ſimul ⁊ querens: Reſpōſio. Tacens. i. ꝑſumptione docēdi/ vel loquacitate inutili: ⁊ querens neſcita ⁊ vtilia. x ¶ Et loqui in medio magnatorū: id eſt ſapientum vel ſeniorū: y ¶ Non ꝑſumas/ ex te: z ¶ Et vbi ſunt ſenes/ ſenſu/ non multū loquaris. s. vij. b. Noli verboſus eſſe in multitudine ꝑſbyterorū. a ¶ Ante grandinem preibit coruſcatio: ad litteram. Nubes enim vi ventorū agitate et colliſe adinuicem coruſcationes ⁊ tonitrua ⁊ fulgura et grandines generant. c ¶ Et ante verecūdiam/ de peccatis: id eſt de collocutione maiorum: d ¶ Preibit gratia/ que illuminat mentem ad cognoſcendum ſuam turpitudinem: et aliorum magnitudinē vnde naſcitur verecundia. Myſtice: a ¶ Ante grandinem/ herodiane perſecutionis/ in necem puerorum: b ¶ Preibit coruſcatio/ illuminationis ⁊ adorationis magorū. Item/ a ¶ Ante grandinem/ extreme examinationis: b ¶ Preibit coruſcatio/ euāgelice ꝑdicationis/ per enoch ⁊ heliam. Item/ a ¶ Ante grandinem/ dominice crucifixionis: b ¶ Preibit coruſcatio/ miraculorū et viſus ꝑdicationis. Moraliter: a ¶ Ante grandinem/ excōmunicationis: b ¶ Preibit coruſcatio/ trine admonitiōis. Titum. iij. c. Hereticum hominem poſt vnam ⁊ ſecundam correctionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt q̄ eiuſmodi ē ⁊c. c ¶ Et ante verecundiam/ cōfeſſionis: d Preibit grã/ cōtritionis.

Al.†In medio magnatoꝝ loq̄

al.†auctoritate Ps. 103.

Myſtice

Moraliter

a ¶Et ꝓreuerētia/ confeſſionis quā reuerenter facis ꝛ verecūde: b ¶Accedet tibi bona gratia/ remiſſio peccatorū/ augmētū ꝟtutū/ roboratio viriū. ȝ. vij. b. Gratia verecūdię mľieris ſenſatę ſup aurū. Ecce ordo iuſtificatiōis: Ex grādine coruſcatio. i. ex timore cognitio: ex cognitiōe ſollicitudo: ex ſollicitudine contritio: ex contritione cōfeſſio: ex cōfeſſione verecūdia: ex verecūdia reuerentia: ex reuerentia gratia bona. i. iuſtificatio: et ex hoc gloria.

C

Al. †tetrices
Al. †te triſtes
Al. †aduocare

c ¶Et hora ſurgendi/ ad matutinas: vel ad op⁹ aliud: d ¶Non te trices: id eſt non tardes tricādo capillos:

a b et p̄reuerentia accēdet tibi
c bona gratia. Et hōra ſurgē-
d e di non †tē trices. Pręcūrre
f g aūt prior ī dōmū tuā/ ēt illic
h i †aduoca te/ ꝛ illic ludē: ꝛ āge
k cōceptiōes tuas: ꝛ nō ī deli-
l ctis et verbo ſuperbo. Sūp
his omibus benedicito do-
m minū q̄ fecit te: et inēbriantē
te ab omib⁹ bonis ſuis. Qui
n o timēt deum excipiēt doctri-
p nam eius: et qūi vigilaue-
q r rint ād illum inueniēt benē-
s dictionē†. Qūi quęrit legem
t v replēbit ab ea: et q̄ inſidiō-
x ſe agit ſcāndaliçabit †ab ea.

vt puellę. Al' eſt vna dictio. Et eſt ſenſus: d ¶Tetrices: id eſt nō exaſperes te ī opere tuo. Tetricus em̄ aſper eſt: ꝛ tetricare/ exaſperare. Unde Ouidius. Te trices de more puellę. Uel ſic: c ¶Hora ſurgēdi/ de lecto vel de cella ad horas vel ad ſigna alia: d ¶Nō te trices: id eſt extrices te: primo extendēdo vnum brachiū: poſtea aliud: deinde fricando oculos: poſtea quęrendo vel cogitando quę hora eſt: ſicut piger: Prouerb. vj. b. Uſq₃quo piger dormis? Quādo cōſurges e ſomno tuo? Paululū dormies: paululū dormitabis: paululū cōſeres manus tuas vt dormias. ȝ. xxxj. c. In omibus operib⁹ tuis eſto velox: et omnis infirmitas nō occurret tibi. Alia littera habet: c ¶Hora ſurgēdi/ a ſomno peccati: d ¶Non te triſtes. i. non ſis triſtis: quia oportet ſurgere ad labores pęnitētię ex ſomno peccati. Semp eſt hora ſurgendi: qꝛ breuis ē hora viuēdi. Roma. xiij. d. Hora ē iā nos

Ps. 126. de ſomno ſurgere Ps. Surgite poſtq̄ ſederitis q̄ mādicatis panē laboris. Cant. vij. d. Surgam⁹ ad vineas. e ¶Pręcurre aūt prior ī domū tuā. i. ī domū cōſcientię tuę/ circūſpecta cōſideratione. g ¶Et illic aduoca te/ cogitationes tuas intra te/ ꝛ ad te colligendo. Uel/ aduocare/ deponens/ ſm antiquā grāmaticā. i. aduocatus eſto cōtra teipſum: hic ſit tibi forū. h ¶Et illic lude/ oī tempore. i. ludū tuū aſpice: hic ſit tibi theatrum. i ¶Et age conceptiones tuas: id eſt cogitatiōes ꝛ affectiones tuas. i. agita circūſpiciendo diligenter quales ſint: hic ſint tibi ſcholę: hic diſputa: hic aduoca: hic lude. q. d. cuiuſcūq₃ modi homo ſis/ omne genus officinę habes in domo tua. Si miles es/ ibi eſt armamentū domus ſaltus: in qua ſunt clypei ꝛ haſtę: et cętera armorum genera ſalomonis. Cant. iiij. b. Sicut turris dauid collū tuū q̄ ędificata ē cū ꝓpugnaculis: Mille clypei pendēt ex ea: omnis armatura fortium. Si clericus es/ ſcholę ſūt tibi templum ibi. j. Corinth. vj. d. An neſcitis quoniā membra veſtra templū ſunt ſpiritusſancti? Si ruſticus es/ ibi eſt ager et vinea tua. Prouerb. xxiiij. d. Per agrum hominis pigri tranſiui et per vineam viri ſtulti: et ecce totum repleuerant vrticę. Si monachus es/ clauſtrū habes pulcherrimum et regulam certam viuendi. Matth. vij. b. Quęcūq₃ vultis vt faciant vobis homines: ꝛ vos eadem facite illis. Quare ergo non habitas in domo tua? Forte quia mim⁹ es et placet tibi magis aliena domus q̄ tua. Unde. ȝ. xxj. d. Pes fatui facilis in domū ꝓximi ſui. Uel mulier garrula ꝛ vaga nō valens in domo conſiſtere: Prouerb. vij. c. Hanc domū ſacratiſſimā ꝛ deo dicatam quidā faciunt forum rerum vęnalium ſiue domū negociationis. Joh. ij. c. Nolite facere domū patris mei domum negociationis. Alij faciunt ſpeluncā latronum. Matth. xxj. b. Domus mea domus orationis vocabit: vos autē feciſtis eam ſpeluncā latronum. Alij faciunt domū lupanaris ſiue proſtibulū meretricum. ij. Machab. iiij. b. Auſus eſt iaſon ſub ipſa arce. i. ſub ratione cōcupiſcibili gymnaſium conſtituere ꝛ optimos quoſq₃ ephęborum in lupanarib⁹ ponere. De hac domo dic̄ dauid: Domine dilexi decorē dom⁹ tuę. Ps. 25. Sap. viij. c. Intrans in domum meam conquieſcam cū illa. Igitur/ e ¶Pręcurre prior/ ne aduerſarius pręueniat te: f ¶In domū tuam/ nō alienam. g ¶Et illic aduoca te: id eſt allega contra te. Tu ſis reus ꝛ aduocat⁹: conſcientia ſit accuſator: ꝛ ratio iudex: ꝛ timor carnifex. h ¶Et illic lude/ cum domino: qui ibidem tecum ludit/ ſua mirabilia oſtendendo/ tibi gaudium et lęticiam infundendo. Prouer. viij. d. Quando appendebat fundamenta terrę cum eo eram cuncta componens: et delectabar per ſingulos dies ludēs corā eo omi tēpore: ꝛ ludēs in orbe terrarū. i ¶Et age cōceptiōes tuas: id eſt bona facienda pręcogitando concipe: vel quę concepiſti bona/ opere perfice. Multi multa bona facienda conceperūt: ſed adhuc facere differunt. ȝ. v. b. Non tardes conuerti ad dominū: et ne differas de die in diem: ſubito enim veniet ira illius ꝛc. Luc. xxj. d. Uę pręgnantibus ꝛ nutrientibus ꝛc. k ¶Et nō ī delictis ꝛ verbo ſuperbo/ age cōceptiones tuas: id eſt q̄ cōcepiſti facere: facias ſine peccato ꝛ ſine iactantia. Tob. iiij. c. Superbiā in tuo ſenſu nunq̄ aut in tuo verbo dominari ꝑmittas. l ¶Super his omnibus benedicito dominū qui fecit te/ cum feceris ea. m ¶Et inebriantē te ab omib⁹ bonis ſuis: nō vino tm̄. Luc. xij. f. Super omnia bona conſtituet eum. Hęc inebriatio erit in patria: quādo ioſeph: id eſt chriſtus fratres ſuos in meridie ſecum comedere faciet. Geñ. xliij. g. Biberūt ꝛ inebriati ſunt coram eo. Ps. Inebriabunt ab vbertate domus tuę: et torrente voluptatis tuę potabis eos Ps. 35. n ¶Qui timet deū/ vt filius: o ¶Excipiet doctrinam eius: id eſt extra alios capiet. Timor enim filialis vult cauere offenſam dei: Quod non poteſt fieri ſine doctrina eius. Deut. xxxiij. a. Omnes ſancti in manu illius ſunt: et qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius. Ps. A mandatis tuis intellexi. Ps. 118. p ¶Et qui vigilauerint/ mente ꝛ corpore: q ¶Ad illum/ timorem domini habendum. Uel/ ad illum/ dominum honorandum: r ¶Inuenient benedictionem/ ſiniſtrę in ꝓſenti: ꝛ dexterę in futuro. Cant. ij. b. et. viij. a. Lęua eius ſub capite meo: ꝛ dextera illius amplexabit me. Sap. vj. c. Qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet. s ¶Qui quęrit legem: id eſt intellectū legis ad faciendum eam. t ¶Replebitur ab ea/ in futuro omnibus bonis. Ps. Replebimur in bonis domus tuę. Ps. 64. Satiabimur cum apparuerit gloria tua. Ps. 16. Modus ꝓo quęrendi legem neceſſarius eſt. Non enim tm̄ quęrendo: ſed audiendo/ ſtudendo/ orando/ operando: fideliter/ diligenter/ humiliter/ ꝑſeueranter. Luc. xj. b. Omnis qui petit accipit: ꝛ qui quęrit inuenit: ꝛ pulſanti aperietur. Prouerb. ij. a. Si quęſieris eā quaſi pecuniam: ꝛ ſicut theſauros effoderis illam: tunc intelliges timorem domini: ꝛ ſcientiam dei inuenies. Et nota ꝙ dicit: Qui quęrit legem/ non leges. Una enim eſt lex: de qua ſcriptum eſt: Lex domini immaculata conuertens animas. Ps. 18. Et Deut. xxxiij. a. In dextera illius ignea eſt lex. v ¶Et qui inſidioſe agit/ vt hereticus: qui peruertit legem infideliter exponendo: vel doctor fictus nimis emolliendo: vel nimis philoſophice diſputando: x ¶Scandaliçabit ab ea: actiue ꝛ paſſiue/ offendit et offenditur: quia per viam planam ſanę doctrinę neſcit ire: quia ponit offendicula ſua admiſcendo inutiliter alias facultates: vel ꝑuerſe exponendo ſcripturā. Oſee vlt. d. Rectę vię domini/ iuſti ambulabūt in eis: ꝑuaricatores ꝟo corruēt in eis.

Al. †illu[…]
Al. †a[…]

Qui timent deū

a b Qui timent deū inueniēt
c iudicium iuſtum: et iuſticias
d e quaſi lumē accēdent. Pec/
f cator homo vitabit correcti/
g onē: ⁊ ſm volūtatē ſuā inue/
h niet cōpationē. Vir cōſilij
i k nō diſperdet itelligētiā: aliē/
l nꝰ ⁊ ſupbꝰ nō ptimeſcit timo/
m n rē dñi: Etiā pōſtq̄ fecit cū
o eo ſine cōſiliō ⁊ ſuis inſecta/
p tiōibus arguet. Fili ſine cō/
q r ſilio nihil facias: ⁊ pōſt factū
s non penitebis. In viā rui/
s ne non eas/ et nōn offendes
v i lapides/ nec crēdas te vie
x laborioſe/ ne pōnas anime
y tue ſcandalū. Et ā filijs tuis
z caue: ⁊ a dōmeſticis tuis at/
a tende. In ōmni opere tuo
b crede ex fide aīe tue. Hec ēſt
enī conſūmatio mandatoꝝ.
c d Qui credit deo attēndit mā/
e datis: et qūi confidit in illo
f non minōratus erit.

g h Timēti ¶ Ca. XXXIII
t deū nō ōccurrēt mala

a ¶ Qui timent deū/ filialiter: b ¶ Inueniēt iudiciū.i. iuſtū p̄miū recipient: hoc eſt/ iuſte iudicabunt. Simile/ Sap. vj.b. Qui cuſtodierint iuſticiā iuſte iudicabunt. Argumētū q̄ de condigno meremur vitam eternā. c ¶ Et iuſticias.i. opa iuſticie: d ¶ Quaſi lumē accēdēt/ ſibi ⁊ alijs. Eſa. lviij.c. Frange eſurienti panē tuū ⁊c. tūc erumpet q̄ſi mane lumē tuū/ ⁊ ſanitas tua citius orietur. e ¶ Peccator homo.i. malicioſus et aſſuetus in peccatis: f ¶ Vitabit correctionem/ ſalubrē. Prouerb. xv. b. Nō amat peſtilēs eū qui ſe corripit: nec ad ſapientes graditur. g ¶ Et ſcdm voluntatem ſuam inueniet cōparationē: id ē aliquē ſibi ſimilē in eo ſup quo corripit p quē ſe excuſet. Eſa. x.b. Nūquid nō p̄ncipes mei ſimul reges ſunt? Nūquid non vt carchamis: ſic calanno: ⁊ vt arphat: ſic emath? Nunquid nō vt damaſcꝰ: ſic ſamaria? Seneca. Sūma maloꝝ eſt/ q̄ viuit ad exemplū.ij. Machab.iiij.c. Per oīa his cōſimiles eē cupiebant quos hoſtes ⁊ pemptores habuerāt. Oſee.xij.c. Si i galaad idolū: ergo fruſtra erāt in galgal.q.d. etſi maiores hoc faciāt: nūquid ideo nō peccāt minores? imo/ ſʒ tamē minꝰ. Matth.xv.b. Si cecus ceco ducatū p̄ſtet/ ambo in foueā cadūt. h ¶ Vir cōſilij/ q̄ſitor/ auditor/ amator/ elector/ dator/ factor: i ¶ Nō diſperdet/ cōtemnēdo/ repugnādo/ cōtriſtādo/ nō agēdo: k ¶ Intelligentiā/ cōſilij ſui q̄ſiti vel dati: ſed qd ſibi conſulit faciet: ⁊ qd ipſe conſuluit alijs faciendū/ ſimilr̄ faciet. Job. xx.a. Doctrinā qua me arguis audiā ⁊ ſpūs intelligētie mee r̄ndebit mihi. Sed multi petūt cōſiliū: ⁊ cū audierint qd nō ſibi placet/ triſtes recedūt: ⁊ peiores q̄ prius. Matth.xix.b. Magiſter bone quid faciā vt habeā vitā eternā? Et reſpōdit dñs: Si vis ad vitā eternā ingredi ſerua mādata. Dixit ille: Que? Jeſus aūt dixit: Nō homicidiū facies ⁊c. Dicit illi adoleſcēs: Omia hec cuſtodiui a iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi ieſus: Si vis pfectꝰ eſſe/ vade ⁊ vende oīa q̄ habes ⁊ da paupibus: ⁊ habebis theſaurū in celo: ⁊ veni ſeq̄re me. Cū aūt audiſſet adoleſcēs verba hec/ abijt triſtis: Erat enī habens multas poſſeſſiōes. Jeſus autē dixit diſcipulis ſuis: Amē amē dico vobis: q2 diues difficile intrabit in regnum celorum. Moyſes acquieuit cōſilio ietro/ licet minor eſſet: Exo.xviij.d. Et dominus refecturus turbas conſuluit diſcipulos ſuos. Joh.vj.a. Cum ſubleuaſſet oculos ieſus ⁊ vidiſſet q2 multitudo maxima venit ad eū/ dixit ad philippū: Unde ememꝰ panes vt māducent hi? Cōtra quoſdā eſt hoc: qui nimis confidunt in ſapiētia ſua. Prouerb.iij.a. Ne innitaris prudētie tue.j. Machab.ij.g. Ecce ſimon frater veſter ſcio q̄ vir conſilij eſt/ ipſum audite ſemp: ⁊ ipſe erit vobis pater. l ¶ Alienus ⁊ ſupbus non ptimeſcit timorē dñi.i. dominū timēdū eterna ſupplicia cōminantē. Sic Gen.xxxj.g. Jurauit iacob p timorē pr̄is ſui iſaac.i.p dominū qui eſt timēdus bonis. Alienꝰ ⁊ ſuperbꝰ dr̄: q̄ ex ſupbia alienat ſe a cōſilio bono. Job.xj.c. Vir vanꝰ in ſuperbiā erigitur. m ¶ Etiā poſtq̄ fecit/ aliquid bonū: n ¶ Cum eo.i. cum viro cōſilij.i. ſicut ille faceret: o ¶ Sine cōſilio ⁊ ſuis inſectationibꝰ arguet.i. ꝓ eo q̄ ſine cōſilio ſapiētis fecit/ propriā ſecutus ſententiā/ arguet: hoc eſt: licʒ ſupbus aliquid faciat ſicut ſapiens faceret ſi eſſet illud facturus: tamē arguet: quia ſine conſilio fecit illud/ ſecutus proprium ſenſum. Unde ſequit: p ¶ Fili ſine conſilio/ ſapientis/ vel ſacre ſcripture: q ¶ Nihil facias. Unde Prouer. iiij.d. Palpebre.i. diſcretio ⁊ conſiliū p̄cedant greſſus tuos: id eſt opera tua. r ¶ Et poſt factum non penitebis: id eſt ꝓ facto tuo nō tenebis penam. Prouerb.xj.b. Ubi nō eſt gubernator populus corruet: ſalus autē vbi multa conſilia. Item/ Prouerb.xiij.b. Qui agunt oīa cum conſilio regunt ſapiētia. Uerūtamē non ab omnibꝰ querendū eſt conſilium: quia non a iuuenibus: vt roboam.iij. Reg.xij.a. Nec a multis. Unde.ē.vj.a. Multi pacifici ſint tibi: cōſiliarius autē ſit tibi vnꝰ de mille. Nec de amicis carnalibus: vt.ē.xxxvij.a. Noli ↄſiliari cū ſocero tuo: ⁊ a celātibꝰ te abſconde conſilium. s ¶ In via ruine nō eas: id eſt in via heretice prauitatis/ vel cuiuſcūq̄ p̄cti p qd ruit hō in peccatum. t ¶ Et nō offendes in lapides.i. non ſcandaliceris i ſcelera alioꝝ que ſūt dura vt lapides: et viā morū ac fidei impediūt.ē.xxj.b. Uia peccantiū complātata ē lapidibus. v ¶ Nec credas te vie laborioſe: id eſt vie peccati: que laborioſa eſt: quia ardua in ſuperbis: lutoſa in luxurioſis: ſpinoſa in auaris: petroſa in iracūdis: tortuoſa in doloſis. Ps. Contritio et infelicitas in vijs eorum. Sap.v.b. Laſſati ſumus in via iniquitatis ⁊ pditionis: ⁊ ambulauimus vias difficiles. Item/ Nec te credas vie laborioſe: id eſt nimio ſcrutinio inutilium ⁊ ſubtilium queſtionū: que plus habent laboris ⁊ vanitatis q̄ vtilitatis.ē.iij.c. Altiora te ne queſieris: ⁊ fortiora te ne ſcrutatus fueris. x ¶ Ne ponas anime tue ſcandalū/ aliquod p̄dictorum: ne cadas in via ⁊ corruas in infernum. y ¶ Et a filijs tuis caue: id eſt ne eis ſecreta reueles. Mich.vij.b. Filius contumeliā facit patri: ⁊ filia cōſurget aduerſus matrē ſuam. z ¶ Et a domeſticis tuis attende/ ne te decipiant adulando: vel tua ſubtrahendo. Matth.x.d. et Mich.vij.b. Inimici hominis domeſtici eius. a ¶ In omi opere tuo crede ex fide anime tue: id eſt omni operi tuo ſuſtine fundamentum fidei: non oris ſed anime: que per dilectionē operat. Roma. x.b. Corde credit ad iuſticiā: ore autē confeſſio fit ad ſalutē. b ¶ Hec ē enī cōſūmatio mādatoꝝ: id eſt fides operās p dilectionem: Charitas enī eſt finis p̄cepti.j.Timoth.j.a. c ¶ Qui credit deo.i. cōminatiōibꝰ ⁊ pmiſſis dei. d ¶ Attendit mādatis/ eius vt impleat. e ¶ Et qui confidit in illo: id eſt in deo: f ¶ Non minoratꝰ erit: id eſt nō minus recipiet q̄ ſperauit/ ſed plus. Uel/ nō minoratꝰ erit.i. non minorabit a merito ⁊ a pmio.ē.xix.b. Ne iteres verbū durum ⁊ nō minoraberis. Ps. Qui confidunt in domino ſicut mons ſion nō cōmouebit ⁊c. Hiere. xvij.b. Benedictus vir qui confidit in domino: ⁊ erit dñs fiducia eius.

Al. teor/ reptionē — D — Al. nō b2 toñi ſilectiōibꝰ — Al. tcōſeruatio — Al. tminorabit — A — Ps.13. — Ps.124.

Timenti deū ⁊c. In p̄cedenti capitulo egit auctor de officio p̄latorum: Hic agit de obſequio ſubditorū. Ad illos enim ptinet ſapiēter p̄cipere: ad iſtos humilit obedire. Diuidit aūt h capitulū in quattuor partes. Primo docet auctor q̄ cōſeruāt hominē in temptatiōibus.ſ. timor ⁊ ſapientia. Secūdo oſtēdit que deijciunt ipſum.ſ. leuitas ⁊ fatuitas: ibi: Precordia fatui. Tertio monet omēs/ nulli alij dare ſuper ſe poteſtatē: ibi: Audite me magnati. Quarto oſtendit que debeant ſubditis: ibi: Cibaria et virga ⁊ onus aſino ⁊c. Dicit ergo: g ¶ Timēti deū/ filialiter: h ¶ Nō occurrēt mala/ eterna. Non etiam tēporalia occurrēt ei.i. nō cōtra eum current: ſed cū eo et pro eo: quia nō impediunt vel retardant curſum eius ad patriā: ſed iuuant ⁊ accelerant. Job.v.c. In ſex tribulationibꝰ liberabit te: et in ſeptima nō tāget te malū.

Sed in temptatiōe

ſed in temptatione deus illũ cõſeruabit: ⁊ liberabit a malis. Sapiẽs nõ odit mãdata ⁊ iuſticias: ⁊ nõ illidetur quaſi in ꝓcella nauis. Homo ſenſatus credit legi dei: ⁊ lex illi fidelis. Qui interrogationẽ manifeſtat parabit verbum: et ſic deprecatus exaudietur/ ⁊ cõſeruabit diſciplinã/ et tũc reſpondebit. Precordia fatui quaſi rota carri: et quaſi axis verſatilis cogitatus illius. Equus emiſſarius: ſic et amicus ſubſannator ſub omni ſupraſedente hinnit. Quare dies diem ſuperat/ ⁊ iterũ lux lucẽ: ⁊ annus annũ † ⁊ ſol ſolẽ: A dñi ſciẽtia ſeparati ſunt: facto ſole et ꝓceptũ cuſtodiẽte ꝑ dei ſapiẽtiã diuiduntur. Et immutauit tempora ⁊ dies feſtos ipſorum: et in illis dies feſtos celebrauerunt ad horã. Ex ipſis exaltauit ⁊ magnificauit deus:

a Sed in temptatiõe/ tã interiori q̃ exteriori: b De⁹ illum cõſeruabit. Notatur ſocietas gratię ⁊ liberi arbitrij a caſu. j. Corinth. x. c. Fidelis ẽ de⁹ q̃ nõ ꝑmittit vos tẽptari ſup id qđ poteſtis: ſ faciet cũ tẽptatiõe ꝓuentũ. ij. Pet. ij. b. Nouit de⁹ pios de tẽptatiõe eripere. c Et liberabit a malis/ culpę/ miſerię et gehẽnę. d Sapiẽs: cui ſapiũt res ꝓut ſũt: e Nõ odit mandata ⁊ iuſticias: id eſt mãdata iuſticię naturalis. Matth. vij. b. Quodcũq; vultis vt faciant vobis homines: et vos eadem facite illis. Tob. iiij. c. Quod ab alio oderis tibi fieri: vide tu ne alij quãdo alij facias. f Et nõ illidetur. s. illuſionibus demonũ aut carnis/ aut mũdi nõ obruetur: g Quaſi in ꝓcella/ fluctuũ maris nõ obruitur: ſicut/ nauis. q. d. nauis que habet bonum rectorem nõ obruitur in procella: ita iuſtus non obruitur temptationũ/ aut tribulationũ turbine. Prouerb. xij. c. Non cõtriſtabit iuſtũ quicquid ei acciderit. h Homo ſenſatus: id eſt ſapiens: i Credit legi dei/ cõminãti vel ꝓmittenti/ nõ ſibi blandienti. k Et lex illi fidelis: id eſt verax in ꝓmiſſis ⁊ cõminatiõibus. l Qui interrogationẽ manifeſtat/ aperte et diſtincte reſpondendo ad interrogationẽ ſibi factã: m Parabit verbũ/ ꝓmeditãdo verba cõgrua reſponſioni. n Et ſic: id eſt ꝓmeditando: o Deprecatus/ dominũ vt aperiat illi intelligentiã queſtionis: p Exaudietur/ a domino. Jaco. j. a. Si quis veſtrum indiget ſapientia: poſtulet a deo qui dat omnibus affluenter. q Et cõſeruabit diſciplinã/ domini: ſiue ꝟborũ/ corde/ ore/ et opere. r Et tunc: id eſt poſt meditationẽ/ orationẽ/ operationẽ: s Reſpondebit/ ſatiſfaciẽdo interroganti. Hęc igitur tria neceſſaria ſunt omi doctori: ꝓmeditatio/ oratio/ operatio. Unde. j. Pet. iij. c. Dominũ chriſtũ ſanctificate i cordibus veſtris: parati ſemꝑ ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti vos rationem. t Precordia fatui. i. interiores cogitatiões ⁊ affectiões: v Quaſi rota carri/ que ſemꝑ murmurat ⁊ nunq̃ i eodẽ ſtatu ꝑmanet: ⁊ lutũ calcat: ⁊ qñ poſteri⁹ eleuatur anteri⁹ cadit. Ps. Deus me⁹ pone illos vt rotã: ⁊ ſicſtipulã ante faciẽ venti. x Et quaſi axis verſatilis cogitat⁹ illius: id eſt circa cor cogitationes voluuntur: ſicut rota circa axem. Prouer. xxvj. c. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo. ſ. xxvij. b. Stultus vt luna mutatur. y Equus emiſſarius: ſic ⁊ amicus ſubſannator: id eſt deriſor vel adulator. z Sub omni ſupraſedente hinnit/ deridendo vel adulando: hoc eſt/ ſicut equus emiſſarius laſciuus ⁊ luxurioſus ad omnẽ equam hinnit/ non diſcernens ſeſſorem ſuum: ita deriſor ⁊ adulator abſq; diſcretione irridet omnes bonos ⁊ malos ⁊ omnib⁹ adulatur. Hiere. v. c. Equi amatores in fęminas/ et emiſſarij facti ſunt: vnuſquiſq; ad vxorem ꝓximi ſui hinniebat. a Quare dies diem ſuperat ⁊c̃. Hic oſtẽdit auctor omnia ſeruare ordinẽ naturalem/ ꝓter hominẽ ſtultum: qui nullũ ſeruat ordinem. Unde dicit: a Quare dies/ eſtiualis: b Diẽ ſuperat/ hyemalẽ in caliditate/ ⁊ quãtitate/ ⁊ claritate. Et intellige de die artificiali. c Et iterum lux/ vnius ſideris: e Lucem/ alterius ſideris. d Lux/ ſolis: e Lucẽ/ lunę. j. Corinth. xv. f. Alia ẽ claritas ſolis: alia claritas lunę: ⁊ alia claritas ſtellarum: Stella enim differt a ſtella in claritate. f Et ann⁹/ ſolaris: g Annũ/ lunarem vndecim diebus: h Et ſol ſolem: non alium: ſed ſeipſum ſuperat in calore et in mora.

Nũc enim calidior/ nunc minus calidius ſentitur: nunc plus moratur in noſtro hemiſperio/ nũc minus. Uel ſol ſolẽ ſuperat ſcđm duplicem curſum ſuum: naturalem videlicet ⁊ violentum. Maior enim eſt curſus eius diurnus violentus/ quo cũ firmamento trahitur/ ſcđm quoſdam: q̃ curſus eius naturalis/ quo cõtra firmamentũ nititur. i A domini ſcientia ſeparati ſunt/ dies: id eſt domini diſpoſitiõe diſtincti ſũt dies. k Facto ſole. i. accedente vel recedẽte a nobis. l Et ꝓceptum/ ſibi datũ vel inditum de officio ſuo vniformiter agendo: m Cuſtodiente/ ſole. ſ. n Per dei ſapiẽtiã diuiduntur/ dies: id ẽ diſtinguuntur: quia iſte maior/ ille minor: iſte calidior/ ille frigidior. Solus homo ꝓceptũ ſibi datum/ non ſeruat. Hiere. xxxj. f. Hęc dicit dominus: qui dat ſolem in lumine diei: ordinem lunę et ſtellarum in lumine noctis. o Et immutauit/ domin⁹ vel ſol: p Tempora: id eſt temporũ qualitates. Nũc enim clarum eſt/ nũc obſcurum: nunc calor/ nunc frigus. q Et dies feſtos ipſorum/ temporũ. Olim enim feſtus dies erat ſeptim⁹ dies: id eſt ſabbatũ: nũc octau⁹. i. dominica: olim neomenia/ pentecoſte/ ⁊ hmõi: nũc pro illis feſta ſanctorũ. r Et in illis tẽporib⁹: s Dies feſtos celebrauerũt ad horã. i. ad aduentũ chriſti. Et tũc apparente veritate ceſſauerũt vmbrę. Myſtice: a Dies: id eſt nouũ teſtamentũ: b Diem ſuperat: id eſt vetus teſtamentũ conſiliorum additione: et ꝓmiſſorũ ſolutione: obſcurorũ explanatione. Matth. v. b. Nõ veni ſoluere legem: ſed adimplere. Uel lux: id eſt chriſt⁹. Joh. viij. b. Ego ſũ lux mũdi. Et lux apoſtoli: Matth. v. b. Uos eſtis lux mũdi. Lux ergo lucẽ ſuperat: id eſt chriſt⁹ apoſtolos: naturaliũ bonitate/ gratuitorum firmitate/ vtrorũq; vtilitate. Item eſt annus glorię ſiue ęternitatis: De quo Ps. Cogitaui dies antiquos ⁊ annos ęternos in mẽte habui. Eſt et annus gratię ſiue benignitatis. Ergo annus annum ſuperat: quia maior eſt gloria in ꝓmio q̃ gratia i merito. Sol ꝟo chriſtus eſt. Malach. vlt. a. Uobis timentibus deũ orietur ſol iuſticię. Eſt autẽ ſol ſcđm vtramq; naturam. Igitur ſol ſolem ſuperat: quia chriſtus ſcđm deitatem ſeipſo maior eſt ſcđm humanitatẽ. Hoc ſole facto: id eſt de virgine nato: et ꝓceptum cuſtodiente: id eſt patri vſq; ad mortem obediente: mutata ſũt tẽpora. Tempus legis/ in tẽpus gratię. Lex enĩ per moyſen data eſt: gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtũ facta eſt: Joh. j. b. Tempus ꝓmiſſionis in tempus ſolutionis. Gal. iiij. a. Ubi venit plenitudo tẽporis miſit de⁹ filiũ ſuũ vnigenitũ factũ de muliere/ factũ ſub lege. Dies feſti etiã mutati ſunt. In lege enĩ dies ſeptim⁹/ menſis ſeptim⁹/ annus ſeptimus feſtiu⁹ ⁊ celebris habebatur: Nũc aũt octau⁹ ob reuerẽtiã dominicę reſurrectiõis: qui octaua die reſurrexit: ⁊ nos octaua ętate reſurgem⁹ in gloriã. Unde patres ⁊ doctores veteris teſtamẽti ꝑ ſeptenariũ: ⁊ patres ⁊ doctores noui teſtamenti ꝑ octonariũ deſignantur. Unde Mich. v. b. Suſcitabimus ſuꝑ eum ſeptẽ paſtores/ ⁊ octo ꝓmates homiẽs. Eccs. xj. a. Da partes ſeptem necnõ ⁊ octo. r Et in illis/ temporib⁹/ s Dies feſtos celebrauerũt ad horã/ homines vſq; ad aduentum chriſti: ⁊ tunc ceſſauerũt. Unde Eſaię j. d. Sabbatũ ⁊ feſtiuitates alias non feram. t Ex ipſis/ diebus: v Exaltauit ⁊ magnificauit deus/ aliquos feſtiuos ⁊ celebres cõſtituendo. Uel/ t Ex ipſis/ ſiderib⁹: v Exaltauit et magnificauit deus/ illa altius in cęlo ponendo/ ⁊ alia maiora

P.21.c (margin, at "Et nõ illidetur")

Ps.82. (margin, at "Deus me⁹ pone illos")

Ar. fa sole (margin, at "Et ꝓceptum")

B

Myſtice

Ps.76.

et ex ipſis poſuit in numerũ
dierũ †annos: omes hoies
de ſolo et ex terra vñ creat⁹ ē
adã. In multitudine diſci-
pline† dñi ſepauit eos: et immu-
tauit vias eorum. Et ex ipſis
benedixit et exaltauit: et ex ip-
ſis ſanctificauit/ et ad ſe ap-
plicauit: et ex ipſis maledixit
et humiliauit: et †puertit illos
ad ſeparatiõez ipſoꝝ. Quaſi
ſi lutũ figuli in manu ipſius/
plaſmare illud et diſponere.
Omnes vie eius ſm diſpo-
ſitionẽ eius: ſic homo in ma-
nu illius qui ſe fecit: et reddet
illi ſm iudiciũ ſuum. Cõtra
malũ bonum eſt: et contra vi
tam mors: ſic et contra virum
iuſtum peccator. Et ſic intu-
ere in omnia opera altiſſimi.
Duo †contra duo: et vnum
contra vnum. Et ego nouiſ-
ſimus euigilaui et quaſi qui
colligit †acinos poſt vinde-
miatores. In benedictione
dei et ipſe ſperaui: et quaſi
qui vindemiat repleui torcu
lar. †Reſpicite quoniã non
mihi ſoli laboraui: ſed et om
nibus exquirentibus diſci-
plinam. Audite me magnati

ponendo/ et alia maiora faciendo. Geñ. j. b. Fecit deus duo
luminaria magna: luminare maius et luminare minus et ſtel-
las. Uel/ ex ipſis/ hominib⁹: exaltauit et magnifica-
uit deus/ in pſenti per gratiã: in futuro per gloriã: aliquos
humiliauit in gehennã: omnibus iuſtã mercedẽ retribuẽs. a
Et ex ipſis/ ſideribus: b Poſuit in numerũ dierũ et
annos. i. in diſtinctionẽ dierũ et annorũ. Nã ſm curſũ ſolis
et lunę diſtinguunt dies et mẽſes et anni: et ſm curſũ alioꝝ ſideꝝ
qdã mẽſes et qdã anni. Geñ. j. b. Dixit de⁹: fiãt luminaria in
firmamẽto cęli: et diuidãt diẽ ac noctẽ: et ſint in ſigna et tẽpora et
dies et annos. Eſt igit
ſumma qꝫ deus i lege
pręcepit obſeruantiã
Al. nõ hз annos dierũ et menſiũ et an-
norũ ſm curſum ſolis
et lunę. Unde ſabbatũ
et neomenia et paſcha
Al. tõñs et pẽtecoſte: mẽſis ſe-
ptimus/ ann⁹ ſeptim⁹
et quiquageſim⁹ cele-
bres erãt: vt oia ſerua-
rẽt rationẽ et ordinẽ nõ
mutarẽt. Poſt diſpo-
Al. tuertit ſitionẽ vero ſideꝝ et tẽ-
porũ fecit de⁹ hoiez/
cui et ordinẽ ſeruãdũ i-
dixit: Et hoc eſt qd ſub-
iungit: c Et omnes
homines/ tã nobiles
qꝫ ignobiles: d De
ſolo et ex terra/ plaſ-
mauit. i. de limo terrę
et in illam reſoluet: e
Unde creatus eſt adã. i. plaſmatus. j. xl. b. Oia quę de
terra ſunt in terrã pariter cõuertent. Eccs. iiij. d. Oia de terra
facta ſunt: et in terrã parit reuertunt. f In multitudine
diſciplinę dñi/ tã verboꝝ qꝫ verberũ: g Sepauit eos. i.
diſtinxit: alios plãtos: alios doctores: alios diſcipulos cõſti
tuẽs: alios p ſua iniqtate cõdemnãs. j. Cor. xij. d. Quoſdã
poſuit de⁹ in eccl'ia: pmo apl'os: ſecũdo pphas: tertio docto-
res: deinde virtutes etc. h Et immutauit vias eoꝝ/ quorũdã
in meli⁹ faciẽdo: quorũdã in deteri⁹ pmittẽdo: et ita verbũ ſe-
mel poſitũ tenet ęquiuoce: qd frequẽter fit in ſacra ſcriptura.
Ps. 118. Ps. Inclina cor meũ de⁹ in teſtimonia tua et nõ in auariciã.
Amos. iij. b. Si erit malũ in ciuitate qd nõ fecerit deus: Au-
guſtin⁹. Aut ſinendo vt fiãt/ aut faciẽdo vt ſint. i Et ex ip
ſis/ hominib⁹: quoſdã: k Bñdixit/ in pſenti bñdictiõe ſi-
niſtrę: et in futuro bñdictiõe dexterę. l Et exaltauit/ in pſ-
ſenti p gratiã et honorẽ et miraculoꝝ operationẽ: in futuro p glo
riã et omimodę miſerię liberationẽ. m Et ex ipſis ſancti-
ficauit/ in vtero vel in baptiſmo: n Et ad ſe applica-
uit/ in morte. Ro. viij. f. Quos pdeſtinauit/ hos et vocauit:
et quos vocauit/ hos et iuſtificauit: quos aũt iuſtificauit/ illos
et magnificauit. o Et ex ipſis maledixit. i. reprobauit: p
Et humiliauit. i. ad humiliandũ afflixit. q Et cõuertit il-
los. i. malos: r Ad ſeparationẽ ipſoꝝ. i. cõuerti pmiſit
ad peccatũ/ quo mali ſeparant a deo et a bonis/ ſi nõ loco ſaltem
aĩo et merito. Ro. ix. d. De⁹ cui⁹ vult miſeret: et quẽ vult in-
durat. s Quaſi lutũ figuli in manu ipſi⁹/ plaſmare
illud. i. formare in vas aliqd. t Et diſponere/ in figura.
v Et omnes vię eius. i. varię figurationes luti. x Scdm
diſpoſitionẽ ei⁹. i. figuli: y Sic hõ in manu illi⁹ qui
ſe fecit. i. dei: Hoc eſt: ſicut figul⁹ de maſſa luti quã tenet in
manu põt p volũtate ſua facere quale voluerit vas turpe vl'
pulchrũ/ magnũ vel paruũ/ quadratũ vel rotundum: ſic dñs
de maſſa hũanę cõditiõis põt formare quales voluerit homi-
nes ſine iniuria et cõtradictiõe alicui⁹. Eſa. xlv. b. Nũquid di
cet lutũ figulo ſuo/ quid facis: et opus tuũ abſqꝫ manib⁹ eſt:
Item/ Eſa. lxiiij. c. Et nũc dñe pater noſter es tu: nos vero lutũ
et fictor noſter: et opa manuũ tuaꝝ omnes nos: Ro. ix. d. O hõ
tu quis es: qui reſpõdeas deo: Nũquid dicit figmentũ ei q ſe
finxit: quid me feciſti ſic: An nõ habet poteſtatẽ figul⁹ luti ex
eadẽ maſſa facere aliud quidẽ vas in honorẽ: aliud vero in cõ-
tumeliã: z Et reddet/ deus: a Illi/ homi: b Scdm
iudiciũ ſuũ. i. dei vl' hois: h. ẽ ſm qd hõ ſeipſũ iudicauerit:
vel ſm qd deus ordinauit/ reddet ei. c Cõtra malũ/ cul
pę: d Bonũ eſt/ gratię. Uel/ c Cõtra malũ/ pęnę:
d Bonũ eſt/ glorię. e Et cõtra vitã/ naturę/ gratię/ glo-
rię: f Mors/ naturę/ culpę/ miſerię ſiue gehennę. g Sic
et cõtra virũ iuſtũ/
chriſtũ/ vel quẽlibet:
h Peccator/ diabo
lus/ antichriſt⁹: vel q-
libet mal⁹. i Et ſic
intuere in oia opa
altiſſimi. i. ſi intuea-
ris in omnib⁹ opibus
dei inuenies quãdam Al. tet.
qualitatem: ſed a deo
mirabiliter ordinatã. C
Nõ eñ de⁹ eſt cõdi-
tor mali: qui fecit oia Al. racemos
valde bona: Geñ. j. d.
Nec etiã mortẽ fecit:
nec lętat in pditione
viuorũ: Sap. j. c. Na-
turę bonę a deo ſunt: Al. Reſpicies ſ. 24. d.
vitia vero a deo nõ ſũt:
tamẽ ordinatio ois ſi-
ue bonoꝝ ſiue maloꝝ
a deo eſt: Ro. xiij. a.
Et ex ordinatiõe ma-
lorũ ad bona: maior ẽ vniuerſitatis pulchritudo: ſic peccator
iuſto: et impi⁹ pio viuit et ſeruit. Geñ. xxv. c. Maior ſeruiet
minori. Auguſtin⁹. Qd lima ferro/ qd flagellũ grano/ qd for-
nax auro: hoc tribulatio iuſto. k Duo/ mala: l Contra
duo/ bona. Uel/ k Duo/ elementa/ l Cõtra duo/ alia: pſt
cõtrarias qualitates. m Et vnũ/ malũ: n Cõtra vnũ/ bo-
num. o Et ego nouiſſimus etc. q. d. ſicut oſtendi om-
nia ſeruare ſuũ ordinẽ: ita et ego ſeruaui ordinẽ: quia vltim⁹
inter ſcriptores ſacrę ſcpturę ſcripſi: quaſi labruſcas colligẽs
poſt vindemiatores. Et in hoc vitat auctor arrogantiã/ nec ta-
mẽ tacet veritatẽ. Dicit ergo o Et ego nouiſſim⁹. i. inter
ſcriptores vltim⁹: p Euigilaui. i. operam dedi ad ſcri-
bendũ. q Et quaſi q colligit acinos. i. modicos race-
mos: vel grana racemorũ: r Poſt vindemiatores/
colligẽtes vuas: s In benedictiõe dei: id eſt in magna
abundantia collata a deo. t Et ipſe ſperaui/ aliquid col
ligere poſt ipſos. v Et quaſi qui vindemiat repleui
torcular: id eſt ſicut cęteri ſcriptores fructum ſcientię pro-
tuli/ licz diſpariter. q. d. non ſum par antiquis patribus: qui
ante me ſcripſerunt: tamẽ ſperans de domino ſcripſi et ego
aliqua licz pauca. Mich. vij. a. Uę mihi: quia factus ſum ſi-
cut qui colligit in autũno racemos vindemię: id eſt tempore
gratię. Poſſet hoc ſatis cõuenienter aptari beato Johanni
euangeliſtę: qui inter euangeliſtas nouiſſimus ędidit euange
liũ ſuũ. Et qſi acinũ collegit: quãdo reſurrectionem lazari
recitauit. xj. capitulo. Aliũ collegit: quãdo hiſtoriam ſamari-
tanę narrauit. iiij. capitulo. Aliũ collegit: quãdo de probatica
piſcina diſſeruit. v. capitulo. Et ita quot ab alijs omiſſa ſcpſit:
tot acinos collegit. x Reſpicies/ vel/ reſpicite/ vt vos
ſimiliter faciatis. y Quoniã non mihi ſoli labora-
ui/ ſtudẽdo/ meditando/ ſcribendo: z Sed et omnib⁹ ex-
quirentibus: id eſt extra ſe et corde quęrẽtibus: a Diſ-
ciplinã/ quę eſt ordinata morũ correctio. ſ. xxiiij. d. Uidete
quoniã nõ ſolũ mihi laboraui: ſed oib⁹ exquirẽtib⁹ veritatẽ.
a Audite me. q. d. ex quo fideliter omib⁹ laboraui: Ergo/
audite me magnati: id eſt qui magni eſtis vel eſſe cupi-
tis in vita/ in ſciẽtia

